



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXI Quod ipsa est acceptabilis deo oratio, q[uae] sine odio fraterno  
funditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

admonetur nihil aliud se quam dominū cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus & solideo pateat, nec ad se hostem dei tempore oratiōis adire patiatur. Obrepit enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras à deo auocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud in mente, quando intentione sincera deum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare. Quae autē segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis, cū dominum deprecari, quasi sit aliud quod magis de beas cogitare, q̄ quod cum deo loquaris? Nam & cum quali deuotione & reuerentia sit orandum beatissimus & sanctissimus pater Benedict⁹ demōstrat dicens: Si cum hominibus potentibus vobis aliquia suggestere, non presumimus nisi cum humilitate & reuerentia, quanto magis domino deo vniuersorū cum omni humilitate & puritatis deuotione supplicandum est. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis & cōpunctione lachrymarum nos exaudiiri sciamus.

Quod ipsa est acceptabilis deo oratio,  
quæ sine odio fraterno funditur.

Caput XXI.

**C**VM stabis ad oratioem, inquit dominus, dimitte si quid habetis aduersus alterum. Hinc iterū dicit: Nisi remiseritis hominibus peccata. nec pater vester qui in cælis est remittet vobis pœna vestra. Hinc rersum ait: Date & dabitur vobis, dimit

Greg.

Mar. II.

Mat. 6.

Luc. 6.

## LIBER SECUNDVS.

titate & dimittetur vobis Hinc constitutione postula<sup>Mat. 6.</sup>  
tione conditionem posuit pietatis dicens: Dimitte  
nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debito  
ribus nostris. Ille recte sui delicti veniam postulat, q  
hoc quod prius in ipso delinquitur relaxat. Dimitta  
mus em̄ quod debetur nobis, vt dimittatur quod de  
betur à nobis. Relinque proximo tuo (ait Salomō) <sup>Eccl. 28.</sup>  
nocenti te, & tunc deprecāti tibi p̄ctā soluentur. Ait  
enim apostolus Paulus: Volo itaq; viros orare in <sup>1. Ti. 2.</sup>  
om̄iloco, leuātes sanctas manus sine ira & discepta  
tione. Pacificum animūm in oratione esse debere, <sup>Amb.</sup>  
vt ad effectū deducatur oratio. Sanctae enim mauus  
sunt, quando cor mundum est.

Qualiter semper sine aliqua intermissione orare possimus. Caput XXII.

**A** It enim dominus: Oportet semper orare & <sup>Beda.</sup>  
non deficere. Et apostolus. Paul<sup>o</sup> dicit: Sem- <sup>Luc. 18.</sup>  
per gaudete, & sine intermissione orate. Quis <sup>2. Tes. 2.</sup>  
aut potest ita semper orare, & sine defectu vel inter-  
missione precibus insistere, vt nec alimentum sumē  
di, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicen-  
dum est eum semper orare & non deficere, qui cano  
nicis horis quotidie iuxta ritum ecclesiasticæ traditi  
onis psalmodijs, precibusq; cōsuetis deum laudare  
& rogare non desistit, & hoc esse quod Psalmista di-  
cebat. Benedic dominū in omni tempore, semp- <sup>Psal. 33.</sup>  
laus eius in ore meo. Aut certe omnia, quæ iustus se-  
cundum deum gerit & dicit, adorationē esse reputā  
da. Quia em̄ iustus sine intermissione quæ iusta sunt

d iii